

in qua non nubunt, neque nubentur, prabens quodammodo terris caelestis jam illius conversationis experientiam. Quid majus potest dici de virginitate, quam quod angelicam, ac divinam naturam imitetur, & vivens in terra more caelestis patriae jam degat.

Matth. 6. n. 31. Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur.

Ibid. num. 32. Haec enim Gentes inquirunt: scit enim Pater vester, quia his omnibus indigeris.

VERSIONES.

Syriacus. Ne igitur anxij sitis, neve dicatis. Quid edemus, &c.

Ibid. num. 32. Haec enim omnia gentes hujus mundi quaerunt sibi: Pater autem vester, qui est in caelis, novit, quod vobis requiruntur haec omnia.

Vatabl. Pagnin. Pater caelestis. D. Cyr. tract. Haec omnia nationes munde orat. Dom. di inquirunt. Lib. 3. ad Quirin. c. 11.

ALTER TEXTUS.

Luc. 12. n. 29. Et vos nolite quaerere, quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime extolli. Haec enim omnia gentes quaerunt, Pater autem vester scit, quoniam his indigeris.

EXPOSITIO.

86. SUPRA exemplo volatilium repro- bavit Dominus, nimiam sollicitudinem circa victum, ac alimoniam. Deinde superiori sententia exemplo lillorum, atque herbarum eandem superfluum curam excluderat. Nunc vero ex his praemissis ponit conclusionem, ut indicat illa particula ergo, prohibens omnem timidam curam circa victum, ac vestitum. Et quamvis hoc videatur repetitio dictorum, tamen, ut ait S. Paschasius lib. 3. in Matth. Quae multum necessaria sunt, multoties dicenda; nam si una vice non praecipuntur, altera apprehenduntur. Et ita dicitur per Isaiam: Clama, ne cesses. Dicentes. Hoc magnam sollicitudinem indicat, ut ait Hugo, quae non solum retinetur in corde, sed

Conclusio ex supra dictis. Paschas. Quae necessaria sunt, multoties dicenda. Hugo.

etiam erumpit in sermonem. Lucas addidit: Nolite in sublime extolli, hoc est, ut explicat Toletus, Franc. Luc. Non fidendum astrologiae observatione ventura prospicere, ut in multum tempus futuris corporis necessitatibus consulatis ac provideatis. Illud hic est observandum, quod monet Euthymius, dicens. Tu vero considera, quod si nobis iustum est, ne de rebus etiam necessariis sumus solliciti: quam sperabimus veniam, cum de his etiam, quae necessaria non sunt, anxij simus.

Hac enim omnia gentes inquirunt. Est quintum argumentum: Haec nimia sollicitudo de cibo, potu, ac vestitu infidelis est, pagana, idololatra, & non Christiana. Ethnici enim, cum Deum ignorent, ac de revelatis non habeant cognitionem, totam suam sollicitam cogitationem ponunt, in his terrenis: At vos, qui estis discipuli mei, vera Dei fide illustrati, aliter debetis facere, ut de futuro saeculo solliciti multam confidentiam habetis de divina providentia; de quo vide supra numero 49. Scit enim Pater vester. Alij addunt. Qui in caelis est; seu caelestis. Et est sextum argumentum: Nolite multum esse anxij, ac solliciti de cibo, potu, & vestitu, habetis enim Deum patrem, qui scit, ac novit vestram indigentiam, ut vobis provideat; & ideo omnem vestram curam, ac cogitationem in eum ponite: Ipse ut Deus, scit omnia; ut Pater, vult succurrere, ut Dominus, ac Rex caelestis praepotens est ad subveniendum. Nota, quod non ait: Pater vester succurret, seu providebit, sed scit, quia cum ipse sit pater, Rex, ac Dominus, non potest nostras indigentias scire, & videre, quin eis opem ferat, ac auxilietur. Illud etiam bene advertit Euthymius, quod postquam eos objurgavit, ne essent solliciti; hoc enim gentes inquirunt, statim eis levamen dat: Scit Pater vester caelestis. Est enim, ait Euthymius, praecipioris officium, & Euthym. objurgare, dum expedit, & consolari, ac utrinque excitare.

Tolet. Franc. Luc. Non fidendum astrologiae observationibus. Euthym. Homo sub Dei cura abundat.

QUESTIO XIV.

Quare hic gentes ponantur in exemplum?

88. ILLUD in limine hujus quaestionis est observandum, quod Dominus, ad excludendam, ac summovendam sollicitudinem ab animis nostris de cibo, & vestitu, primo nobis ponit in exemplum nostram animam, & corpus: Nonne anima plus est, quam esca, & corpus plusquam vestimentum? supra numero 25. Et statim ordinatim descendendo, volucres caeli nobis objicit num. 26. Respicite volatilia caeli. Deinde venit oratio ad flores, ac lilia campi: Considerate lilia agri, numero 28. Et postea pervenit oratio ad fennum, seu herbam agrotum: Si est, bruiis, ac autem fennum, seu, ut habet Syriacus, herbam fenno campi inferior, exiit. Deus sic vestit, numero 30. Et tandem in ultimo loco Gentes, seu Gentiles adducuntur, cum enim sint sine fide, ac vere cognitione Dei, etiam inferiores, ac viliores fenno, & herba reputantur, ideoque post illa in deteriori loco commemorantur.

Ad quaestionem ergo: Cur hic Gentes memorantur? Respondet primo Chrysostomus hom. 23. Quod

89. Chrysost. Quod

Matth. 5.

Matth. 6.

Abulens. Ex Gentibus argumentum ad Iudaeos valde efficac.

90. Abulens.

Sapient. 2.

Christiani, cum e peccati venum saeculis de temporaliibus ne sint multum solliciti.

91. Cajetan.

Paschas.

Nimis sollicitus de temporalibus sit particeps erroris Gentilium.

92.

Numer. 20.

Quod hoc argumentandi genus in Scriptura frequenter est in uso. Matth. 5. n. 57. Salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis, nonne Ethnici hoc faciunt. Et Matth. 6. n. 7. Orantes nolite multum loqui sicut Ethnici. Itaque in medium repetere mores Gentilium, erat valde efficac argumentum suadendi apud Iudaeos. Nam Iudaei contemnebant Gentiles, tanquam rudes, & ignorant; & ideo erubescabant, ac in magnum opprobrium reputabant, dici illis similes in aliquo, ut observat Abulensis quaest. 184. Et si hoc erat vulgare apud Iudaeos, ut Gentilium mores fugerent, ac declinarent, multo majorem vim habebat ratio apud Christi discipulos, quorum justitia non solum debebat abundare super Gentes, sed etiam super Scribas, & Phariseos, ut dixit Dominus Matth. 5. num. 20.

Secundum Abulensis quaest. 184. Dominus hoc loco errorem Gentium refutando, suos maxime exhortatur ad omnem sollicitudinem deponendam. Quia Gentiles, cum non haberent cognitionem de futuro saeculo, nihil sperabant; sed plurimi eorum credebant, post hanc vitam nihil esse, & consequenter nullum bonum manere homini, nisi comedere, & bibere, & frui delectationibus in vita. Et ita dixerunt Sapient. 2. num. 8. Coronemus nos rosis, nullam sit pratum, quod non petranscat luxuria nostra, quoniam haec est pars nostra, & sors nostra. Et ideo Gentiles tam solliciti erant de cibo, potu, ac vestitu, haec Gentes inquirunt. At fideles, & Christi discipuli, qui non tantum Deum, sed etiam futurum saeculum agnoscent expectantes, caelestiumque promissionum sunt repleti, maxime debent a superflua cura terrenorum abstinere, & omnem suam sollicitudinem in Deum devolvere, ut solum ipsum cogitent, & solum in eum habeant suam confidentiam, ac spem.

Tertio Cajetanus: Haec omnia Gentes inquirunt, ait: Hoc est, Gentilis erroris circa divinam providentiam est: inquirere dubia, & timida cura haec omnia. Ac si aperte diceret: Gentilis erroris participes vos facitis, si solliciti de istis fueritis circa victum, & vestitum. Et ita Divus Paschasius lib. 4. in Matth. Qui de his, scilicet temporalibus, sollicitus est, infidelis censetur. Sed quomodo Christianus sua sollicitudine sit particeps Gentilis erroris, qui est Idololatria, & infidelitas verum Deum negans? Gentiles pro victu, & vestitu nimis solliciti erant, adorabant Deos lapideos, ferreos, & aereos, qui nulla compassione commoveri possunt, qui non habent aures, ut voces aliorum audiant; nec oculos, ut eorum necessitates videant, nec intellectum, ut quibus providendum sit, intelligant. Ergo qui nimis sollicitus est, Deum cogitat ferreum, vel lapideum, sine hominum cura, & tunc sit particeps Gentilis erroris. Nam quodammodo ipsa sua excessiva sollicitudo, quaedam Idololatriae species est, verum Deum denegans, cujus natura est summa bonitas, pietas, ac misericordia, intelligens super egenum, & pauperem, in cujus precibus sunt aures ipsius Dei, ut cunctorum necessitatibus, tanquam verus pater, provideat.

Cum Populus devenisset in Cades, ac magna aquarum penuria laborasset, seditionem commovet contra Moysen, qui ex Dei iussione ad petram accedit, & ait ad populum: Audite rebelles, & increduli. Num. 20. num. 10. seu, ut habet Paschasius in Evang. Tom. 11.

raphrahis Chaldaica. Audite protervi, & contumaces. Graecus vero: Audite diffidentes, & increduli. Sed cur Moyses tam rigida censura hic in Populum invehitur, ut alibi talem ab ipso in eum inflictam non legas? Cur eos rebelles, & incredulos non appellat, quando sibi persuadent contra Dei verbum, ac promissum, e manu Aegyptiorum, quos post se videbant venire armatos, Exod. 14. non posse evadere, ac effugere, Exod. 14. num. 10. Vel quando diffidunt de obtinenda, ac subjunganda Promissionis terra, Numer. 14. num. 23. Cur ergo rebelles, & increduli hic tam aperta voce publicantur? Aqua maxime praerequisita est ad vitam sustentationem; & illius penuria maxime Populus perurgebatur; & tamen sibi persuadebatur, divinam providentiam posse deficere, opem non ferendo, & necessaria non suppeditando; ideo turpissime in incredulitatis, ac diffidentiae peccatum est prolapsus; nam qui tam parum sapit de divina providentia; ut diffidat de ejus auxilio, urgente indigentia, hic incredulus, ac rebellis censendus est. Abulensis quaest. 4. Quia experti fuerant immensam Dei clementiam, debebant considerare, quod non deficeret in necessitatibus suis. Et ob hoc si aliquando non immediate provideret illis in necessitatibus; debebant equanimiter tolerare, expectantes certissimam provisionem. Accidebat autem illis e contrario, quia quidam non credebant, Deum posse illis providere, quamquam aliquando vidissent contrarium. At autem, quamquam crederent, Deum posse illis providere, dubitabant tamen, an provideret. Et isti distabant immensa bonitati Dei, ex quo sequebatur desperatio.

Matth. 6. n. 33. Quaerite ergo primum regnum Dei, & justitiam ejus, & haec omnia adjicientur vobis.

Ibid. num. 34. Nolite ergo solliciti esse in crastinum; crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi; sufficit diei malitia sua.

VERSIONES.

Aras. Quaerite autem primum regnum Dei, & justificationem ejus, & haec omnia proponentur vobis.

Syriacus. n. 34. Ne sitis igitur anxij de crastino: nam crastinus dies curam habebit sibi ipsius; sufficit diei malum suum.

Codex Victorin. Crastinus dies sollicitus erit de se ipso.

Pagnin. Vatabl. Nam crastinus dies curabit, quae sua sunt; sufficit sua diei afflictio.

ALTER TEXTUS.

Luce 12. n. 31. Verumtamen quaerite primum regnum Dei: & iustitiam eius; & haec omnia adjicientur vobis.

EXPOSITIO.

93. ACTENUS docuit Dominus sollicitudinem nostram a rebus temporalibus esse depellendam. Nunc vero ostendit, in qua re sit constituenda, ac collocanda. Et ait: Quae primium. Et non dixit, ut notat Cajetan, Estote solliciti, sed Quae. Quia nec eriam circa regnum caelorum, vult, nos dubiam adhibere curam, sed securam, ut pote innoxiam fidei, ac spei infallibili. Primium. Hoc adverbium non est accipiendum cum Lyrano relative ad secundum; ac si dicat: Quae primium regnum Dei, & secundo loco temporalia, sed ita est explicandum absolute cum Chrysostomo, Glossa, Alberto Magno, Primium, id est ante omnia; ac super omnia, omni cura, labore, ac aestimatione. Regnum Dei, hoc est aeternam vitam, ac felicitatem, quam ut ait Albertus Magnus, suis communicat. Et regnum Dei dicitur; nam iustis beneficere, ac eos locupletari caelestibus, Regnum Dei est. Et iustitiam eius, scilicet Dei, Graece enim est masculinum; Et iustitia hic denotat media, scilicet virtutes, ac opera, per qua regnum Dei comparatur; nam qui intendit finem, debet & eligere media proportionata ad illum.

94. Et haec omnia, scilicet qua necessaria sunt ad vitam humanam, adjicientur vobis. Non dixit, ut notat Chrysostomus homil. 23. dabuntur, quia nihil sunt, ut etiam ait Hugo; sed inquit, adjicientur, seu, ut legunt Graeci Codices, & Augustinus & Cyprianus, apponentur, tamquam appendices, ac quid adiectum, & consequens ad spiritualia bona; quia illa temporalia necessaria sunt in hac vita homini mortali, quaerenti aeterna. Et ideo praeter mercedem supernae felicitatis, haec minima vobis non deerunt. Et ita Evangelij Praedicatoribus, ac Ecclesiae operariis Deus omnia necessaria suppeditat, ut late comprobatur hoc loco Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte. Ex hoc perpende, quantum locrator quaerens regnum caelorum; nam praeter illud, habet etiam & temporalia: at, qui terrenis indulget, amittit aeterna, & haec mundana, utpote caduca, facile cum vita transeunt, & finiuntur.

95. Nolite ergo solliciti esse. Ut Dominus alius suam doctrinam in nostris mentibus ingerat, eam hic iterum reperit ob magnam ejus necessitatem, & quia maxime vult a nostris mentibus evellere omnem sollicitudinem de temporalibus. Et est hic septimum argumentum solliciti esse in crastinum per crastinum August. lib. 2. de serm. Dom. intelligit temporalia. Auctor Imperfectus homil. 16. Superflua. Tamen D. Hilarius, S. Hieronymus, D. Paschasius, Albertus Magnus, & alij futurum tempus interpretantur, quod in Scriptura frequent per crastinum significatur. Iosue 22. num. 24. Cras dicent filij vestri filiis nostris,

August. Imperfect. Et ait. Hieron. Paschas. Alb. Magno. Iosue 22.

id est, futuro tempore. Crastinus enim dies sollicitus erit sui ipsius, seu ut legit Syriacus, curam Syriacus habebit sui ipsius. Et sensus est: finite futuro tempore curam, & sollicitudinem sui ipsius. Ut quid tor anxietatibus opprimatur mens vestra? Ut quid onera oneribus, cogitationes cogitationibus adhibetis? Separate, & dividite ipsa onera, ait sapientissimus, & pius Pater; & unicuique temporis sua sollicitudo aptetur, hodierno hodierna, crastino crastina. Et ita ipsa sollicitudo distincta, ac divisa in partes, levior est, portaque facilior; nam divisus labor suavior est oneri. Deinde, ut ait Chrysostomus; Nequaquam visio vis diei cura te conteras; cujus enim dies spatium te visum recessis, quam ob causam illius sollicitudine torqueris? Advertit autem D. Hieronymus, Hieron. quod, dum Dominus hic dixit, in crastinum, de praesentibus concessit, debere esse sollicitos, qui futura prohibet cogitare. Sed, ut iam dixi, Dominus prohibet omnem nimiam, ac superfluum sollicitationem, sive hodiernam, sive futuram, de quo quaest. ultima.

96. Sufficit enim diei malitia sua, seu, ut alij legunt, afflictio sua, id est, cura, seu sollicitudo diei. Hoc est, clarius dicam, uniusquisque dies suam habet malitiam, id est, suam laborem suamque sollicitudinem de victu quaerendo; cur ergo illam vultis augere cum cogitationibus de futuro tempore, fat est unicuique diei suus labor, suaque cura. Quod eleganter ait Chrysostomus homil. 23. Si enim hodie cures de crastino, & rursus crastino ipso die cures, rone superfluo, ac nimio temerisum de rime onere curarum? Cur cogis diem plusquam ipse sortitus est, afflictionis accipere, & supra proprios ejus labores, etiam sequentis diei pondus ei imponis. Labor autem, quem uniusquisque dies secum affert, vocatur a Domino malitia, quia hujusmodi labor provenit ex peena; qua nos comprehendit ex malitia nostri peccati. D. Augustinus lib. 2. de serm. August. Domin. cap. 17. Ne ssumatem ro. at malitiam, quia peccalis est nobis; pertinet enim ad mortalitatem, quam peccando invenimus.

QUESTIO XV.

Quomodo temporalia dicantur adjicienda quaerenti regnum caelorum cum multis sanctis videantur haec deuisse?

97. REAENS difficultas in eo stat, quod ait hic Christus D. Hac omnia, scilicet necessaria ad victum, ac vestitum, adjicientur vobis; cum multis Sanctis haec non videantur adiecta, ac data. Ait Divus Paulus de Patribus antiquis ad Hebraeos 11. Heb. 2. 11. num. 37. Cui civerunt in melotis, in pelibus caprimis, egentes, angustiati, afflicti, imo ipse Apostolus de se testatur 2. Corinth. 11. num. 27. In labore, & arumna, in vigiliis multis, in fame, & siti, in jejuniis multis, in frigore, & nuditate. Et tamen quis Paulo regnum Dei quaesivit ardentius, ac vehementius.

98. Ex D. Augustino respondet D. Thomas, quod frus medicus aliquando abstrahit cibum, & 10. unum infirmo, ut cures eum, sic Dominus, qui habet providere,

498.

Deus labores permittit, ut aliquando, si sunt, curentur deficiant.

Si merita tua videntur, plausibiles alicui tibi collati honores.

99. Palat.

Servi Dei in fam. & servitiam suavitatem habent.

Philipp. 4.

Remig.

100.

Qui Christum habet omnia habet. Paulin.

101. Cyprian. Qui Deum habet, nullius necessitate laborat.

providere, permittit, hominem pati, vel, ut curentur, (si curanda sunt aliqua), vel, ut alij exemplum recipiant. Ex profundo, ac alto, consilio Deus hanc penuriam permittit aliquando in tuis servis. Primum, si aliqua in eis curanda sunt, his habeant medicamen, ac purgentur. Secundò ob exemplum aliorum, ut in talibus pressoris videntes fervorem Dei patientiam, etiam in similibus & illi habeant tolerantiam. Tertio, ut omnibus fiat notum, quod via ad caelum non est per delectationes, & oblectamenta, sed per abstinentias, labores, ac arumnas. Quarto, ut cuncti sciant, & videant egregia merita fervorum Dei, quod in tanta egestate, ac penuria rerum, summa constantia, ac patientia se praebent armati, ut ita omnibus sit manifestum quanta gloria, ac honore digni sint. Vide supra cap. 10. num. 78. 79. & 80.

99. Quomodo respondet Palatius quaerens quisnam dicatur, cibum habere, qui cum cibum, quem habet dolet, an qui cum cibo, quo caret, gaudet? Cibus quaeritur, ut animus cibo contentus sit: qui igitur fame contentus est, is magis habet, quam qui cibo contentus esse nescit. Et ita qui regnum caelorum quaerit, si in aliqua ciborum penuria sit, tamen quid cibo excellentius, & pretiosius habet, nempe animum quietum, hilarem, & perjurandum; & in illa penuria summam suavitatem, & dulcedinem invenit. Audi Apostolum, quem fame & siti, & nuditate confectum proponebat. Ad Philippens. 4. num. 12. Scio & humiliari, & abundare; ubique, & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare; & penuriam pati; omnia possum in eo, qui me confortat. In quem locum ita D. Remigius: An Apostolus: Scio humiliari, id est, penuriam humiliter sustinere; & scio abundare, id est, in abundantia temperans esse, ne corripiar ab ea, in omnibus doctus sum & abundare, & penuriam pati, & omnia ista in eo possum implere, qui me confortat, id est, in Christo, qui mihi possibilitatem tribuit.

100. Sextò. Quamvis enim quaerentes regnum caelorum, videantur egestate, fame, siti, ac nuditate vexati, ut ita eorum charitas cunctis pateat; tamen ipsa fame, & siti non opprimuntur, sed Deus multis, & variis modis, illis alimoniam praebet: Corvi deferunt panes parenti Eliae. Et nostro insigni Martyri Angelo in deserto Angeli cibum ministrant. Nec enim esurire potest, qui Christum omnia habentem habet, qui est verus panis. Hoc argumentum late, & multis praeclaris rationibus probat D. Paulinus Epistol. 5. ad Severum: Qui igitur, ait, a me famem metuis, si fidem habes? Panis tuus tecum est; si verbo Dei pasceris, non desiderabis escam venis; Deus enim hunc, & illum destruet, dum se edificat in nobis, si nos in ipsius charitate fundati consistimus. Et post pauca subdit: Veni ad nos, & si potes, advola. Nihil habemus, nisi Christum, & vide si nihil habemus, qui omnia habentem habemus.

Et hoc praclare confirmat Divus Cyprianus tractat. de orat. Domin. dicens: Quaerentibus regnum, & iustitiam Dei, & omnia promittit apponi. Nam cum Dei sint omnia, habenti Deum nihil deerit, si Deo ipse non desit. Sic Danieli in leonum lacu, jussu Regis incluso, prandium divinitus procuratur, & inter feras esurientes, & pascentes homo Dei pasitur. Ultima verba maxime ponit Sylveira in Evang. Tom. 11.

deranda: Inter feras esurientes homo Dei pasitur. Teneantur inclusi in carcere Danieli cap. 14. Danieli 4. num. 38. & leones, omnes, fame tabescentes: Daniel sub Dei cura; leones vero sub ministerio Regis: imò & ipse Daniel datus erat eis in cibum. Et tamen feras fame tabescunt: homo autem, Dei servus panes, carnes, ac pulmenta habet, ita ut ei nihil desit, sed omnia abunde suppeditentur.

QUESTIO VI.

Quenam sollicitudo de crastino hic prohibeatur a Domino?

102. CHRISTUS hic absolute ait: Nolite ergo solliciti esse in crastinum, id est, in futurum, ut communis Patrum sententia interpretatur, & tamen recta providentia economica dicitur, provisiones annuas, vel menstruas frumenti, olei, vini, & aliarum rerum necessarium facere. Quod satis multis exemplis comprobatur. Sic laudabiliter fecit Joseph in Aegypto Genes. 41. num. 39. & Apostoli Act. 11. num. 29. Et Salomon, ut discamus de futuro solliciti esse, nos ad fornicam mittit. Proverb. 6. num. 6. & 30. num. 25. Quomodo ergo hic ait Christus: Nolite solliciti esse in crastinum?

Respondendum est cum D. Chrysostomo homil. 23. D. Augustino lib. de operibus Monach. c. 3. Chrysost. August. Paschas. & 24. D. Paschasio lib. 4. Alberto Magno, S. Thoma, & aliis, hic non prohiberi sollicitudinem de cibo, & potu, qua est secundum rectam rationem, convenientem tempori, & occasioni. Nam Dominus dixit: Respicite volatilia caeli, qua tamen natura instinctu quaerunt sibi necessaria. Et hoc recte probant exempla adducta in principio. Intendit ergo Dominus hic divelle superflua sollicitudines de futuro inutiles, nimis anxias, superfluas, ac intemptivas. Quae tunc dantur, quando in his rebus terrenis qui consistunt suum finem, & diffidit de providentia Dei, & talibus cogitationibus impeditur a quaerendo regnum Dei, & ipsa temporalia supra modum Gloff. aestimat. Unde ait Glossa: Non labor, & providentia damnatur, sed sollicitudo mentem suffocans, & late explicat Abulensis quaest. 189. & 192. Abulens. Vide supra quaest. 7. & 8.

104. Dices: Si Dominus hic intendit, prohibere solam sollicitudinem superfluum, cur hoc non exprimit? Cur aperte non dicit: Nolite superflue sollicitari, sed tantum ait absolute: Ne solliciti sitis? Respondendum est cum Abulensi valde probe quaest. 188. quod, si Dominus dixisset: Nolite superflue solliciti esse, cum homines sint maxime propensi ad temporalia, modicum distraherentur a sollicitudine; quia propter naturalem inclinationem putarent, non esse superfluum sibi id, quod desiderabant. Et ita aptius fuit, prohibere sollicitudinem absolute, quam exprimere superfluum. Tamen ex modo loquendi Christi Domini, ac ex Scriptura apparebat, quod Dominus non intendebat prohibere omnem sollicitudinem, sed superfluum, & immodicam.